

SM_1445_ACL_VP2_f267r-v

1445, septiembre, 11. Monzón (Huesca).

Bernardo Bosco, visitador del obispo ilerdense, inspecciona el hospital de santa Bárbara de la villa de Monzón, el cual está regentado por Juan Casa y su mujer.

A.- Archivo Capitular de Lérida, Visita Pastoral 2 (VP), f. 267r.-v.

Pub. Raúl Villagrasa-Elías, "Hospitales y asistencia en Monzón y el Cinca Medio (siglos XIII-XVI)", *Cuadernos CEHIMO*, 41 (2015), pp. 183-240 (226).

Versión *Scripta manent*: Raúl VILLAGRASA-ELÍAS¹

Documento original

Hospitales beate Barbare /

Deinde visitauit dictus dominus Bernardus de Bosho hospitale / beate Barbare institutum per honorabilem Joannem de Peralta, canonicum / et prepositum ilerdensis. /⁵

Est in dicto hospitale altare sub inuocacione beate Barbare / quod altare erat ornatum quinque linceys corporalibus / verbis confeciacionis in quo altari est institutus quidam / presbiratus seu quedam capella per supradictum Joannem de / Peralta in quo presbratu celebrantur qualibet septimana // (fol. 267v.) quatuor misse, in die sabbati et in die dominica alta voce / et in aliis duobus diebus voce submissa.

Erat calix argenti cum sua patena. /

Erat vna casulla de seda cum stola et manipulo. /⁵

Item, vnum vestimentum comune completum. /

Et patronus dicti hospitalis discretus Joannes de Peralta, / presbiteri beneficiatus in sede illerdensis, vna cum eius fratre. /

Tenet incomendam dictum hospitale Johannes Cassa cum / eius uxore. /¹⁰

Habet in redditibus pro laboribus centum quinquaginta solidos. /

¹ Dicho documento forma parte de la tesis doctoral que está realizando Raúl Villagrasa-Elías en la Universidad de Zaragoza (Campus Iberus) sobre la asistencia hospitalaria en la península ibérica en los siglos XIV-XVI bajo la dirección de Cristina Jular Pérez-Alfaro y Concepción Villanueva Morte.

Habet in redditibus quingentos solidos super vniversitate loci Castili-/onis del Pont. /

Tenetur dictum hospitale ad honus diuidendi qualibet die /¹⁵ quinque solidos per pane inter pauperes X in quadragesima, / que sunt si seruatur dictum honus siue dicta elemosina / hodiernis (*tachado*) diebus bene et reperit quod fic. /

Tenetur seruare tres lampades dictum hospitale in dicta / capella quas reperit ipsam bene illuminatas. /²⁰

Item, in die beate Barbare tenetur facere officium cum solemnitatem / ac etiam prandium facere juratis asserori vicariis beate Marie et / sancti Stephani dicte ville. /

Sunt in dicto hospitali vndecim cubilia cum suis matalafiis, / octo pro hominibus separata et tria pro mulieribus ad idem /²⁵ separata. /

Sunt XXVII lodices et omnia necessaria in omnibus XI cubilibus. /

Interrogauit dictum Bernardum et eius vxorem si erant aliqua / necessaria in dicto hospitali, qui respondentes dixerunt / que non sunt aliqua necessaria et in coquina eiusdem. /³⁰

Que sunt de regimine dictorum Bernardi et eius vxoris si / recipiunt bene dictos pauperes vt decet. Et reperit valde / bonum testimonium.
